



## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 27. Taciturnitas reddit nos hominibus placabiles, nec pœnitet tacuisse, præmia quoq[ue] meretur silentium seruans: quòd docetur exe[m]plo Echelredi & Sacristæ.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

## CAPVT XXVII.

*Taciturnitas reddit nos hominibus placabiles,  
nec pœnitet tacuisse, præmia quoq; mere-  
tur silentium seruans: quòd doc-  
cetur exemplo Echelredi  
& Sacristæ.*

**P**Rimum est, quòd taciturnitas  
reddit nos hominibus placabi-  
les, teste Archelao. Teste verò So-  
lone, nullus stultus hominib; pla-  
cere potest, quòd maximè cõuenit  
cũ dicto Eccli. 20. 13. *Sapiens in ver-  
bis seipsum amabilem facit.* Contra  
verò vers. 5. *Est odibilis qui pronus  
est ad loquendũ.* Sic teste Vincentio  
in speculo mor. lib. 3. dist. 3. part.  
1. Philosophus quidam vni hanc  
doctrinam dedit. Serua vocis & si-  
lentij temperamentum, & si loqui  
libuerit, sic loquaris, vt aliàs libe-  
tiùs audiaris. Interrogatus quoq;  
Pythagoras, quomodo quis homi-  
nibus placere posset, respondit; si  
gesseris optima, & locutus fueris  
pauca.

Non  
pœni-  
tet ta-  
cuisse.

Secundùm est, quòd silentio dediti (nisi officium eorũ aliud requirat) non solent pœnitere se tacuisse. Hinc vt meminit Vincen- tius in speculo historiali lib. 4. cap. 14. Xenocrates Chalcedonensis Philosophus, cùm in conuiuio cæ- teris multa garrientibus solus ni- hil diceret, interroganti, quare v- nus omnium taceret, respondit: Quoniam locutum fuisse pœnituit me aliquando, siluisse nunquam. Quod Plutarchus in libello *τῶν ὑγιῶν* tribuit Simonidi. Hinc Cato libro primo.

*Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.*

Vnde D. Ambrosius libr. 1. Officiorum. Quamplures vidi loquendo in peccata incidisse, vix quempiam tacendo; ideoque tace- re nosce difficilius est, quàm loqui. Scio loqui plerosq; cùm tacere ne- sciant.

Tacēs  
præ-  
mium

Tertiũ scilicet, quòd filens

præmium

præmium mereatur, docet Vincē-  
tius in speculo historiali lib. 25. ca-  
pit. 13. sequenti & lepido exemplo,  
ita scribens. Anno Henrici secun-  
di Imperatoris decimo nono, E-  
chelredis quidam nomine, Danos  
fugiens, venit Northmanniam ad  
Richardum fratrem vxoris suæ  
Emmæ filium Richardi ducis, qui  
cœnobium Fiscanense, quod pater  
suis inchoauerat, perfecit. Hic no-  
ctibus custodias famulorum fal-  
lens, ad matutinas monachorum  
ibat, genua flectens in oratione  
vsq; ad lucem. Quadam nocte sic  
faciens, ostium monasterij inue-  
nit obseratum, qui excusso violen-  
ter pessulo, soporem Sacristæ tur-  
bavit, qui surgens à somno & vi-  
dens eum plebeo amictu vestitum,  
in capillos inuolauit & multos co-  
laphos intulit. Ille incredibili  
patientia nec responsum ei dedit.  
Postero die in Capitulo quærelam

deposuit

deposuit, & monachum illum ad vicum Argennas sibi præcepit occurrere, minitans se sic vindicare quòd tota de hoc Gallia loqueretur. Die dicto monachus à iudicibus adiudicatus est, quem ille mox absoluit, & vicum eundem qui optimi vini ferax est, officio sacristæ addixit, pronuntians eum optimum esse monachum, qui benè custodiens munus iniunctum, nec etiam iratus silentium fregit.

## CAPVT XXVIII.

*Silentium proximum Deo facit. Est prudentiæ signum, & à purgatorio liberat.*

*Proxi-  
mum  
Deo  
facit.*

**P**Rimum, quòd scilicet proximum Deo faciat, patet. Nam & Deus in sacris literis tacere dicitur. Isa. 57. 11. *Ego tacens, & quasi non videns. Qui & tacet deuorante & conculcante impio iustior em se.* Heb. 1. 3. Quin & peccatores multa faciunt, ad quæ Deus tacere dicitur, vti pa-

tet